

*Romae in mausoleo Hadriani, descripta reperitur in vetere codice Einsidlensi, de quo supra p. 28 not., et denuo saec. XIV et XV, quo exente periisse videtur (VI 986). Vv. divisionem videtur servasse Cyriacus. — Est titulus sepulcralis imperatoris Antonini Aug. Pii, omnes honores ei habitos recensens.*

---

**347** divo Antonino Aug. Pio | Antoninus Augustus et | Verus Augustus filii.

*Romae in basi columnae, exornata opere anaglypho ad consecrationem Antonini pertinente, rep. in campo Martio, est in hortis Vaticanis (VI 4004; Huebner ex. scr. ep. 294).*

**348** divo Antonino et<sup>1</sup> | divae Faustinae ex s. c.

*In foro Romano in epistyllo aedis Antonini et Faustinae (postea in ecclesiam S. Laurentii conversae), litteris maximis (VI 4005; Huebner ex. scr. ep. 295). — 1) Haec videntur postea addita esse, cum antea aedes soli Faustinae dedicata fuisset.*

**349** divae Faustin[a]e Augustae imp. Caesaris T. Aelii Hadriani Antonini Aug. Pii pontif. maximi, trib. pot. III<sup>1</sup>, cos. III, p. p.

*Romae in mausoleo Hadriani, (VI 987 servavit vetus codex Einsidlensis, de quo supra p. 28 not.). Est titulus sepulcralis Faustinae maioris. — 1) Dec. 140/1; et ait biographus Pii c. 6 tertio anno imperii sui (Iul. 140/141) Faustinam uxorem ei erexit esse.*

**350** M. Aurelius Fulvus Antoninus, filius imp. Caesaris T. Aelii Hadriani Antonini Aug. Pii p. p.

**351** M. Galerius Aurelius Antoninus, filius imp. Caesaris Titi Aelii Hadriani Antonini Aug. Pii p. p.

*Romae in mausoleo Hadriani (VI 988. 989, servavit vetus codex Einsidlensis). Tituli sepulcrales duorum filiorum Antonini Pii, quorum mentio extat etiam in vita Pii c. 1, alterius memoria praeterea in nummo nescio cuius civitatis Graecae (Eckhel 7, 42; Cohen ed. 2 II 443) inscripto Μ. Γαλέριος Ἀυτωνεῖνος αὐτοχράτορος Ἀυτωνείνος νιός.*

**352** Aurelia Fadilla<sup>1</sup>, filia imp. Caesaris Titi Aelii Hadriani Antonini Augusti Pii p. p.

*Romae in mausoleo Hadriani (VI 990, servavit vetus codex Einsidlensis). — 1) Filia maior Antonini Pii, uxor Lamiae Silani vel potius Silvani (vit. Ant. 1), mortua ante annum 138 (vit. 5), sed postea, ut ex hoc titulo apparet, tumulo Hadriani inlata.*

*Concubina Antonini Pii videtur memorari VI, 8972.*

---

**353** M. Aelio Aurelio | Caes.<sup>1</sup> cos. II<sup>2</sup>, fil. | imp. Antonini Aug. Pii | p. p., d. d. p.<sup>3</sup>

*Firmi Piceni (IX 554). — 1) Ita plerumque appellatur in monumentis Italiae Marcus qui postea imperavit, cum provinciarum tituli plerique (ut etiam nummi civitatum Graecarum, cf. Eckhel 7, 69) ei addant cognomen Veri, quod habuit a patre naturali M. Annio Vero; ceterum etiam ubi inter testes recensetur senatus-consulti alicuius facti sub Pio (III S. 7060), est M. Aelius imp. Titi Aeli [Hadriani Antonini f. Pap. Aurelius Verus. — 2) Consul fuit Marcus a. 140, iterum a. 145. — 3) Decreto decurionum publice.*